

**Aristotelis Stragyrite Diale  
ctica: cū quibz vocibus Porphyrii Phe  
nicis: Argyropilo traductore: a Joanne Eckio  
Theologo facili explanatione declarata: adnotatio  
nibus compendiaris illustrata: ac scholastico exer  
cicio explicata: videbis o Lector priscam Dia  
lecticam restitutam: ac Neotericorum  
subtilitati feliciter copulatam.**



**Cum privilegio**

**Ben. Bebelij Distichon.**

Seu scribis Logicen: Physicene, beatus Eck  
Sortite ingenium: nil facis insipide,


**Joan. Aventinus ad Lectorem**

Cingere si cupias, latitans indagine verum  
His opus est catulis, cassibus, atq; plagis,

Sub Reuerendissimi d. Mathei Cardinalis  
titu. S. angeli ac Italiae procon  
sulis patrocinio.

Sub vmbra alarum tuarum protege nos,





**M**AXIMILIANVS Diuina fauente clæmentia electus Romanorũ Imperator semp Augustus/ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex, Archidux Austriæ. Dux Burgundiæ, Brabanciæ &c. Comes Palatinus &c. Notum facimus tenore præsentium vniuersis. Quod cū Illustris Vuilhelmus Bauarię dux, princeps & nepos noster charissimus, opera & lucubratione Honorabilis docti deuoti, nobis dilecti Ioannis Eckij artiũ & sacre Theologiæ professoris gymnasiũ sui Ingoldstadiensis vicecancellariũ in Dialectica & Physica Aristotelica, ac Logicũ Petri Hispani opusculũ, quod vulgari noie Sũmula dicit, facile explanationẽ ad Argyropoli traductionẽ adijci curauerit, vt prolixioribus commentarijs disiectis, ingenui adolescentes necessaria præter fastidiũ addiscant: & dictã explanationẽ idem Eckius nũc cupiat suo etiã ære publicare, p̄ vsu & utilitate eorũdem adolescentũ/dubitetq; ne si id genus librorũ, postquã promulgatũ fuerit, ab alijs imprimere, iacturã patiat: nosq; ei oportune p̄spicere volentes, moti tam rei ipsius dignitate/ quã precũ intuitu præfati nepotis nostri, inhibuimus & interdiximus/ prout p̄ præsentis inhibemus, & interdiximus om̄ibus & singulis impressoribus vbicũq; locorũ per totũ sacrũ Romanũ Imperiũ ac etiã in terris nostris hæreditarijs constitutis/ cuiuscũq; conditionis gradus, status & ordinis existant; ne quis prænominatã Eckij in Logica & Physica explanationẽ siue cõmentarios in decenio subsequẽti ab ea die qua ipsi cõmentarij impressi fuerint, sine scitu & fauore expresso præfati ducis aut eius studij Ingoldstadiensis imprimat, aut imprimi faciat, aut alibi impressos in præfatis Imperio & locis nostris hæreditarijs vendat, aut vendi faciat. Mandantes om̄ibus & singulis sacri Romani Imperij principibus/ statibus, Rebuspub. cõmunitatibus, & alijs quibuscũq; subditis & fidelibus dilectis/ cuiuscũq; gradus ordinis & conditionis extiterint; vt præfatũ Ioannẽ Eckiũ & studiũ Ingoldstadiense & præsertim facultatẽ ibidẽ liberaliũ artiũ contra hanc gratiã nostrã nõ molestent aut impediãt molestari aut impediãri permittant. Quinimõ sub pœna indignationis nostræ conseruent eundẽ Eckiũ, gymnasiũ & facultatẽ præfatã manu teneãt nostro noie cũ requisiti fuerint, contraueniẽtes plectant & puniant totiens quotiens contrafactũ fuerit/ tam pœna suspensiois artificij/ q̄ amissiois librorũ seu cõmentariorũ sic contra præsens, vt premittit̄ indultũ nostrũ, impressorũ: quos etiã de facto prædictus nepos noster & successores eius/ac ipse Eckius, gymnasiũ vel facultas, tam per se quã per suos procuratores, vbicũq; eos offenderit sua propria autoritate accipere & in suã utilitatẽ conuertere poterunt/ harũ testimonio literarũ, sigilli nostri appensione munitarũ. Datũ in ciuitate nostra Imperiali Augusta die. xxij. Januarij. Anno domini Millesimo quingentesimo decimosexto regnorum nostrorum Romani. xxx. Hungariæ. xxvi.

Ad mandatũ Cæsareæ Maiestatis propriũ

Serentener

34/74/7764 (X)



REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI AC PRIN  
 CIPI ILLUSTRISSIMO MATHEO S.S.ROMA  
 nae ecclesiae Titu.S. Angeli Cardinali, diui Ce  
 saris per Italiã vicario, ac coadiutori Salif  
 burgensi, domino suo obseruantis  
 simo Ioan.Eckius Theologo  
 rum minimus S.D.ac in  
 domino Iesu be  
 ne agere.

D. Matheus  
 Card.

**M.** Tullius C. in eleganti Tusculanarũ questionũ libro Reuerẽdissime pater, certiores nos reddidit/Epicureos rationalẽ Philosophiã partẽ penitus aspernatos : quos impius Iu lianus apostata secutus, meritissimo epitheto, Philosophiã ac bonarũ artium exterminator ab Orosio dictus est : qui nostro quoq; seculo cõplures habet damnatã eorũ sententiã asse clas : qui nobile Dialecticã, tanquã sterilẽ & inanẽ, multis pbris & cauillis lacerat: vbiq; fecem illorũ hoim offendimus: ita omnia Epicureis ac Grillis oppleta sunt: Rectius multo summi & Theologiã & Philosophiã antistites censuerunt/Dialecticã ( vt omib⁹ bonis ar tibus subancillantẽ ) a quouis docto in precio habendã : Nã eã apud Aegyptios primitus repertã, Martianus Capella affirmat/ & dein Athenis effloruisse : Terentius vero Varro vndecũq; doctissi. primus eã latine loqui curauit : Stoici eam Dialecticã nuncupauere, Plato logicã, Aristoteles rationalem disciplinã vocitauit: & si Valla refragetur, logicã nuncupationem in Licio natam esse contendens.

Cicero  
 Iulianus

Orosius

Epicurei  
 Grilli

Aegyptij  
 Martianus

Athene  
 Terentius

Varro

Stoici

Plato

Aristoteles

Valla

Licium

Plato

Libanius

Aesopus  
 S.Hiero.

S.Ambro.

S.Augusti

S.Augusti

S.Augusti  
 Disputatiões  
 Bonon a

Vienna

Plato

S.Augusti

Eckius

Parmenides  
 Socrates

Picus de cate

& viro

Sed pergamus pientissime pater ac princeps præillustris, classicos recensere ex albo docto res : quorũ præconijs, dialecticã disciplinã dignitas ac eminentia enituit. Plato ille tãtope re celebratus & a Libanio semideus habitus, septimo libro de Rep. Dialecticã esse necessã perhibet cãteris disciplinis/ & vt recte quis de vnaquaq; re possit differere : Præstat em Logica, vt Plotinus inquit, vt ratione quadã de quouis dicere possimus quid sit / quo item cũ alijs cõueniat / quo rursus differat : & cũ omis scientia, effectus ratiõis existat : quõ ex asse ratiõis expers, scientiã indispici potest : nisi quis vmbatilẽ scientiarum imaginẽ, vt Aesopicus canis, sectari malit / quã verũ nitorẽ disciplinarũ amplecti atq; cole re. Vnde & diui doctores Hieronymus atq; Ambrosius, tris statuerunt esse Philosophiã partes : & magnus ecclesiã tetrarcha diuus A. Augustinus, libro de principijs Dialecticã, eam imodice laudans, testatur Dialecticã propter explicandã veritatẽ, oratoriã vero seruã di decoris gratia, necessariã : Quãuis nostra ætate, nemo Dialecticã & Physicã magis con temnat / quã pleriq; pigmenta orationis adamantes / & pictæ munia linguæ sterilũ vocula rum amatores : quibus diuus A. Augustinus resistit, inquit, Oratorem, si veritatẽ per suadere velit / Dialecticis quasi neruis atq; ossibus esse roborandum.

Et logicã veri falsiq; discriminatricẽ, vtile ac conducibile fore iterũ Augustinus locuplete comprobat, Dialecticã esse disputandã scientiã : disputatio aut est cos ingenij : Ingenue fa teor hoc Aristotelis organo me armatũ intrepide in harenã literatoriã, in cõpluribus gym nasijs, in patrum ex ordine mendicantium capitulis, paratiorem descendisse, Veluti superio ri anno Bononiã, hoc anno Viennã, in magna doctorum hominum corona, palestra li terarij officium egĩ ( vt arbitror ) non poenitendum :

Sed reclamant diuersarij opinatores, frustra dialecticã æquilibriũ rationis, ac omniũ scien tiarũ manũ appellari : necq; tantopere ingenuis adolescentibus consulendã / quã Plato dis suadeat : atq; ad trigessimũ vsq; annũ, iuuenibus denegarit : cui, nõ nihil diuus A. Augusti nus in libro de doctrina Christiana astipulatur : dũ a libidine rixandi, atq; puerili ostenta tione decipiendi, nos abstinere docet : ad quã ipsa Dialectica maiorẽ in modũ est propẽsa : Sed heus bone vir : hoc tui Platonis instituto, velles Eckiũ nondũ logicã vidisse : & iam primũ puluerulenta aditare studia, ac manũ ferulæ subdere : At contra potius mihi ineptiã re videntur : qui in Logicis nodis, velut ad Scopulos Syreneos consenscunt elementarij senes / canis etiã capillis repuerascentes : quare Parmenides Socratem admonuit : vt dum iuuenis esset exerceret se in ea arte. Vnde studiosam contentionem, verum virtutis stimulũ, nisi secordissimus improbabĩt nemo.

*Diapiricam esse  
 repertam apud  
 Aegyptios*



Aristot. le.  
Thirramus.  
Theophrastus  
Alexander.  
Themistius.  
Aspasius  
Nicephorus.  
Hammonius  
Simplicius.  
Alpharabius  
Nicolaus.  
Auerroys.  
Herminius.  
Bæotius.  
Philoponus.  
Stoa.  
Zeno.  
Chrysippus  
Iupiter  
Cameades.

Minerva.  
Athenæ.

Tibinga.

Augusta.  
Germaniæ

Leo papa.  
Maximilia.

Iulius papa  
Ludoui. rex  
Vladisla. rex  
Henricus rex

Salisburgum

Germani  
Galli  
Itali  
Angli  
Hungari

Argyropilus.  
Aristoteles

Parrhisij

Theologi

Sueuia  
Germania  
Augusta

Quare dialectica ab adolescentibus summo studio amplectenda est: quod ex Licio post Aristotelem Thirramus, ob diuinam eloquentiam Theophrastus ab Aristotele appellatus, Alexander Aphrodyseus, Themistius, Aspasius, Nicephorus, Hammonius, Simplicius, Alpharabius, Nicolaus, Auerroys, Herminius, Bæotius, Philoponus, prisci Peripatetici, vigilantissima cura, ac indefesso studio curauere, Penelopes exemplo, telam modo texentes, modo retexentes: quod proculdubio minime fecissent: nisi Logicam magnam ac conducibilem fore doctissimi viri agnouissent: Nec minus dialecticam tribuerunt Stoici: qui dicere soliti erant (vt idonei tradunt autores) neminem doctum euadere sine logico artificio: vnde & princeps Stoæ Zeno Eliates, a quibusdam inuentor logicæ statuitur: & logica ipsa Zenonis inuentum appellatur: quamuis non desint: qui logicam primo a Stoicis temerata arbitrentur: Nam Chrysippus maximus in logica habitus est: adeo vt in proverbium ierit: louem non aliam sibi logicam optaturum quam Chrysippeam: is tamen nobilem Dialecticam disciplinam cum auditore Carneade, sterilibus sophismatum quisquilijs & soritis, obliterasse fertur: quæ paulo supra ætatem nostram tribulis & spinis, logicæ rationem pene pessunderant: nisi viri boni & eruditi venissent: qui hæc excrementicia, resectis sophismatum sentibus expurgassent.

Sed quid Dialecticam ineptulus ego, coram te doctissimo ac optimo viro / Antistes amplissime, tot laudibus effero: An non verear hanc in me excudi fabellam, Sus Mineruam, aut Vluas Athenas: cum tua excellentissima dominatio, iam pridem omnes nondum Logicæ sed & Philosophiæ crateras ebiberit: quicquid Dialecticam ipsam, ac reliquas Philosophiæ partes, adhuc adolescens in Tibingensi Gymnasio doctor, magna cum laude tradideris: Sed hæcenus dicta minime ad te attinent Dignissime pater ac princeps / at solum quod tuis auspicijs, tuaque auctoritate (quæ apud omnes, etiam totius Christianitatis principes, est maxima) nostri Dialecticorum commentarii, in lucem prodibunt / ad te quoque orationem vertimus: Eum enim delegi patronum, sapientissimum ac magnificentissimum principem, vrbis & orbi notissimum: quo nihil absolutius prouulit Vindelicorum Augusta, præpotens & cantatissima Germaniæ ciuitas: in qua longissimo proauorum ordine, gentiles tui Patricij fuere primarij.

Non attinet dicere in præsentia / quam S. D. Leoni. x. Pont. Max. es charissimus: quantumque fidei in te reponat diuus Imp. Maximilianus, iam sæpius tuam integritatem expertus: Negligamus recensere, quas maximas Imperatorio nomine summa cum laude, confeceris legationes, Ad Iulium. II. Sum. pont. Ad Ludouicum Gallorum, Henricum Angliæ, Vladislaum Hungariæ & Bohemiæ reges serenissimos: in quibus omnibus immortalè tibi comparasti gloriam, fidei tamen semper in Cæs. mirificæ: Quibus omnibus factum est: vt tandem te D. O. M. in ecclesia sua, rubri diadematis insignibus decoratum, te haud mediocre principem constituerit: sicut & virtutibus tuis effectum est / vt Amplissimi Episcopi Salisburgensis coadiutor effectus es: cuius Antistes solus ex Germanis legatus natus existit.

Quibus omnibus animatus Excellentissime pater ac princeps, mihi ipsi persuadebam, librum meum improbari non posse: si ab eo fuisset probatus: qui a Germanis, Italis, Gallis, Anglis & Hungaris maxime probaret: Et si annixissima opera curauerim, commentarios nostros suoapte ornatum, suauiusculos futuros: nam nemo est vspiciam studiosorum, qui nesciat qua hæcenus negocium Logicum inambulauerit via / qua tractatum sit arte / quibus excultum studijs: Nam textum ipsum ab Argyropilo emunctum ac syncerum desumpsimus: quod multis annis fuit neglectum: quod plerique etiam infulam magistralem adepti, Aristotelem nondum viderint: necessum est eos ruinosam habuisse fundamenta: explanationem dein adiecimus facillimam ac succinctam quibus adnotationes plerumque a priscis peripateticis desumptas, supaddidimus: postremo more Parrhisiorum, scholasticas discussimus quaestiones: sed tales quæ studiosos non offendant, nec molestent: sed paratiores ad quaslibet bonas disciplinas, Theologiam præsertim capiendas, reddant: Solum vero delegi parum eleuationem, quam ferat nostra ætate ista professio: talè tamen / vt nullum de captu aut intelligentia (si mea non fallor opinione) aut queri aut diffidere debeat: Adeo vt nihil videam reliquum quod iure desiderari possit: Sub tuo igitur fausto felici ac dignissimo nomine: in publicum prouideat Commentarii Eckiani: qui dubio procul propter admirandam tuam prudentiam, ac summam animi dexteritatem omnibus erunt gratissimi: quibus me amplitudini tue excellentissimæ vt humillimus Clientulus, maximo prece commendo. Vale itaque Reuerendissimi. pater ac princeps illustrissime Nestoreos acturus annos Xenophilice. Vale iterum & salue, Sueuiæ (quid dico Sueuiæ) totius potius Germaniæ decus & splendor. Augustæ ex Aedibus d. Sigismundi Grimarchiatri. III. Idus Octob. Ann. Gratia Sesquimillesimo. XVI.